

nobis ius, si quid haberet in ipso beneficio, ostensurus. Et quia ius aliquod super detentione ipsius beneficii non ostendit nobisque constitit per prescriptum tempus de iure beneficium vacavisse, nos tam dictum abbatem quam alium quemlibet^{a)} illicitum detentorem ab eodem beneficio sententialiter amovemus tibi^{b)} P. procuratori dicti Iacobi eius nomine cum plenitudine iuris canonici conferimus teque per birretum^{c)} nostrum de ipso beneficio investimus in contradictores inscriptos excommunicationis sententiam promulgando.

Demum inducat eum in corporalem possessionem. Postmodum scribat clericis ipsius ecclesie, ut recipiant ipsum, et mandet eis sub pena excommunicationis.

X.

Papst (Innocenz IV.) teilt den Franziskanern und Dominikanern in Nicosia auf Zypern mit, der Erzbischof (Hugo) von Nicosia habe sich vor ihm darüber beklagt, daß die beiden Orden gemeinsame Sache mit seinen Gegnern gemacht hätten, die ihn in Nicosia bedroht und zur Flucht von der Insel gezwungen hätten. Die beiden Orden hätten sich ferner Rechte in der Pfarrseelsorge des Erzbischofs angemäßt. Der Papst befiehlt ihnen, dem Erzbischof Genugtuung zu verschaffen und sich künftig nichts mehr gegen ihn herauszunehmen.

(1252—1254)¹⁾.

Hs. fol. 27^c.

Fratribus Minoribus et Predicatoribus apud Nichosiam commorantibus.

Stupet animus, aures tinniunt, mens pre admiratione tabescit ad auditum venerabilis fratris nostri archiepiscopi Nichosiensis lamentabilis ac horrende conquestionis de vobis, que tanto magis nos in ammirationem adducit, quanto, que dicuntur, sunt hactenus inaudita et viciniora periculis ecclesie unitatis. Exposuit siquidem idem archiepiscopus coram nobis, quod cum olim ipse a parochianis suis gravissimas iniurias sustineret, utpote qui ab ipsis per civitatem Nichosiensem publice ban-nitus fuerat et denunciatus excommunicationis vinculo innodatus redditibus suis eidem ex condicto subtractis, affectusque seu sauciatus^{d)} a maioribus eorundem in domo propria opprobriis usque ad comminatio-

^{a)} am Rande nachgetragen Hs. ^{b)} procuratorem Hs. ^{c)} vgl. *D u C a n g e*, *Glossarium* 1 (1883) 663 f. ^{d)} samintus (?) Hs.

¹⁾ Zur Datierung oben S. 184 Nr. 84.